

rando, vt non tantum viri, sed fœminæ
 etiam, ab omni morum peruerſitate, ve-
 lut ab ancipiti fouea, pedem retraherent,
 eumque ad alta vocitantem ſequeren-
 tur, vſque adeò, vt ſponte ſua veſtes quo-
 que purpureas, aureasque & cætera cor-
 porum ornamenta reiicerent, doctæ or-
 natum muliebrem in pudicitia, non in
 auro gemmisque conſiſtere, iis que potif-
 ſimum armis, atque his facibus ſæuire
 luxuriam. Quid igitur miri eſt, ſi cuius
 ſinguli tam ſalubre conſilium experti
 fuerant, eundem omnes conſultorem
 publicum elegerunt. Huius eſt illud di-
 ctum: Alium animum fieri, templa in-
 gredientibus & Deorum ſimulachra de
 propinquo ſpectantibus, quod mortalis
 infirmitas, diuinitatis quadam veluti
 vicinitate contremiſcat. Eiuſdem & illud
 inſtitutum: Vt diſcipuli prius quàm quæ-
 ſtionibus atque altercationibus impli-
 carentur, quinquennio tacerent, audire
 & meminiffe contenti, nec à temeraria
 procacitate, vt noſtri iuuenes, ſed à
 ſobrio attentoque ſilentio Sa-
 pientiam auſpi-
 cantes.

9. i.